



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

28. Charta audientiale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

vel reliquis quampluribus nostris fidelibus
resideremus; ibique veniens ille illum in-
terpellavit, cum diceret. & cetera.

Indiculus communitorius ad Episcopam.

X X VI. Domino sancto & apostolica
fede colendo Domino & in Christo patri
illi Episcopo ille Rex. Fidelis Deo propitio
nostrae illae ad praesentiam nostram veniens
suggerit nobis eò quod villa aliquante
nuncupante illa, quæ ad eum de parte
illius pervenire debuerat, post vos reti-
neatis indebet, & nullam iustitiam vobis-
cum ob hoc possit consequere. Propterea
praesentem indiculum ad coronam beatifi-
tudinis vestrae direximus, ut & pro nobis
orare debeatis, & si taliter agitur, antedi-
cto illo de supra scripta villa legibus reve-
stire faciat. Certe si nolueritis, & aliquid
contra hoc habueritis opponere, volmeti-
psi per hunc indiculum commoniti, aut
Mislus in persona vestra instruetus, nunc
ad nostram veniatis praesentiam, ipsius lui-
ad hoc dando responsum.

*Item indiculus ad Episcopum pro alio
disfringendo.*

X X VII. Domino sancto & apostolico
Domino & patri illi Episcopo ille Rex.
Veniens ille ad praesentiam nostram sug-
gerit quasi Abba vester, aut Clericus, vel
homo vester ille, eidem servo suo perfor-
tian tulisset, vel post se retineat iustitie,
& nulla iustitia cum eodem ex hoc conse-
quere possit. Propterea praesentem indicu-
lum ad sanctitatem vestram direximus, per
quem petimus ut & pro nobis orare digne-
tis, & si taliter agitur, ipso Abbate vestro
aut Clerico praesentaliter constringatis
qualiter si ita agitur, hanc causam contra
jamiculo illo legibus studeat emendare.
Certe si noluerit, & aliquid contra hoc
habuerit quod opponat, ipso illo per
fidejussiones positos tunc ad nostram stu-
deat dirigere praesentiam.

Charta audienciale.

X X VIII. Ille Rex vir inluster illo
Comite. Fidelis Deo propitio nostrar ille
ad praesentiam nostram veniens clementia
regni nostri suggerit eò quod pagensis ve-
ster ille eidem terram suam in loco nuncupante
ille per fortiam tulisset & post se re-
tineat iustitie, & nullam iustitiam ex hoc
apud ipsum consequi possit. Propterea or-
dinationem praesentem ad vos direximus,
per quam omnino jubemus ut ipso illo taliter
constringatis qualiter si ita agitur, hanc
causam contra jam dicto illo legibus stu-
deat emendare. Certe si noluerit, & ante-

Tom. II.

vos recte non finitur, memorato illo tul-
lis fidejussionibus Kalendas illas ad nostram
eum omnimodiis dirigere facias praesen-
tiem.

Indiculus ad Laicos.

X X IX. Ille Rex vir inluster illi. Fide-
lis nostrar ille ad praesentiam nostram ve-
niens nobis suggerit quasi vos cum nulla
manente causa in via ad salutis & gravi-
ter lavorassetis, & rauba sua in solidos tan-
tos eidem tulissetis vel post vos retineatis
indebet, & nullam iustitiam ex hoc apud
vos consequere possit. Propterea praes-
tem indiculum ad vos direximus, per quem
omnino jubemus ut si taliter agitur, de pra-
sente hoc contra jamiculo illo legibus stu-
deatis emendare. Certe si nolueritis, &
aliquid contra hoc habueritis quod oppo-
nere, non aliter fiat nisi volmetipi per
hunc indiculum commoniti Kalendas illas
proximas ad nostram veniatis praesentiam
eidem ob hoc integrum & legale dare ref-
ponsum.

Communatio cum Rege.

X X X. Ille Rex illo Regi. Nihil sibi
quisque cernitur minuendo quicquid e
contra recipitur in augmento. Dum inter
nos & inlustrare viro illo unanimiter conve-
nit ut loca aliqua inter nos commutare de-
beremus, nos dedimus ei locello nunci-
pante illo in pago illo, cum colonicas illas
vel omnes adjacentias eorum & merito
suo, tam dominibus, mancipiis, vineis, silvis,
campis, pratis, pascuis, vel reliquis qui-
busunque beneficis, quocunque ille
vel fucus nostrar in ipsa loca tenuisse nosci-
tur. Et ipse haec contra dedit nobis omni
portione sua quod in villa illa in pago illo
habuisse vifus est, cum itemque dominibus,
mancipiis, vineis, silvis, vel reliquis qui-
busunque beneficis, quacunque ibidem
habuit, & nos pro anima nostra reme-
diuum ibi dedimus. Quapropter hunc pre-
ceptum ad modum commutationis ipsius
viro fieri decrevimus, ut a praesente die ip-
sa locella cum omni superiori scripta vel
cum omni integritate sua, quicquid, ut
diximus, ille vel fucus nostrar ibidem tenuerit,
ipse ille hoc habeat, teneat, atque possi-
deat, & suis posteris ad possidendum re-
linquat, vel quicquid exinde facere volue-
rit, ex nostra commutatione liberam ha-
beat potestatem, & unaquaque pars quod
in concambio bona pacis placuit accep-
tse, exinde per longa tempora debeat Deo
permittente gratulare. Et ut haec præcep-
tio. & cetera.

B b ij

